

Igitur in dispositione numeri naturalis pariter impares quinto  
loco sedistant solus .iiii. se precedunt .iiii. in medium transeunt  
per binarium numerum multiplicatis imparibus procreata.  
Contrariae uero esse dicuntur hec species numerorum id est  
pariter par & pariter impar quod in numero pariter impari  
sola in diuisionem recipit maior extremitas in illo uero solus  
minor terminus sectione solutus est. & quod in forma pariter  
pari numeri ab extremitatibus incipiente & usque ad media  
progredienti quod continetur sub extrema terminis idem est  
illi quod continetur sub intra se positis summis atque  
hoc idem usque dum ad duas mediocitates fuerit uentum in dis  
positionibus scilicet paribus. si autem fuerint impares disposi  
tiones quod ab una mediocitate conficitur. hoc idem sub al  
tra in se positis paribus procreatur usque dum ad extre  
mitates fiat progressio. In ea quippe dispositione quae est  
.ii. .iiii. .viii. .xvi. idem reddunt duo. per .xvi. multiplicati  
quod .iiii. pro octonarium ducta utroque enim modo .xxxii.  
fiunt. quod si impar sit ordo id est .ii. .iiii. .viii. idem faciunt  
extremi quod mediocitates. bis enim .viii. fiunt .xvi. qui numerus  
a quaternario in se ducto perficitur. In numero uero pariter  
impari si fuerit unus in medio terminus circum se positorum  
terminorum. si unum redignantur mediocitates & idem